

117
LECTIONES PUBLICAS
ET PRIVATAS
PER INSTANS SEMESTRE ÆSTIVUM
IN ACADEMIA LUDOVICIANA
DEO FAVENTE HABENDAS

RECTOR
REINH. HENR.
ROLLIUS

DOCTOR ET PROFESSOR THEOL. SENIOR
SENATVS ECCLES. ASSESSOR ATQUE
DISTRICTUS ALSFELDENSIS
SUPERINTENDENS

UNA CUM UNIVERSO
SENATU ACADEMICO


INDICIT
ATQUE AD EASDEM SEDULO AUDIENDAS
GENEROSOS AC NOBILISSIMOS OMNIUM FACUL-
TATUM STUDIOSES PERAMANTER INVITAT.

DIE XXX. MARTII ANNO MDCCL.

SUB SIGILLO ACADEMIÆ MAJORI.

GIESSAE,

TYPIS E. H. LAMMERS ET IOH. IAC. BRAYN, ACAD. TYPOGR.



In Facultate Theologica.

D. REINH. HENR. ROLLIUS,


Facult. Theol. Senior.

IN *Harmoniam Evangelistarum*, ductu Introductionis Sandhagenianae, eadem, qua haecenus, methodo publice commentari perget, id operam daturus, ut posthac, si Deo visum fuerit, unius anni spacio labor iste utilissimus absolvatur. *Privatim* Lektionen in *Theologiam Dogmaticam*, superiore semestri coeptas, & ad tertiam usque partem productas, ea, qua par est, fide ac diligentia continuabit, in eo elaboraturus, ut hoc ipso, quod nunc ingredimur, semestri finem illae sortiantur. Praeterea, loco in Facultate nostra adhuc vacuo, *Scholas* aperiet *Polemicas*, in Syllogen controversiarum Fectianam, ea quidem lege, ut theses illius, diligenter notato controversiarum momento, perspicue enucleentur, & alternis vicibus exercitium disputatorium in easdem instituantur.

D. IO. HERM. BENNER

b. a. Decanus.

Nisi *dogmaticam & moralem theologiam*, nuper ad finem perductam, denuo persequi rogabitur, quod



quod promptissime factururus est, tres in dies singulos horas utriusque disciplinae consecraturus: etiam *historiam ecclesiasticam*, primo quidem cursu breuiter, ad *tabulas Mascampianas*; altero copiosius, ad ill. *PFAEFFII compendium*, tradet. Quamdiu locus in ordine nostro vacuus erit, (qui defectus proxime compensabitur) interim supplere quantum licet conabimur, quae in reliquis disciplinis praestanda super sunt.

In Facultate Iuridica.

D. IO. FRIED. KAYSER,

In Regimine & Consistorio Ecclesiastico Director, Iur. P. P. O. & Prim. nec non rerum Oeconomicarum Inspector perpetuus.

Alectionibus publicis & priuatis priuilegio Principis exemptus, non deerit tamen, Nob. Dn. Dn. Commilitonum Studia instructionibus priuatissimis & publicis Disputationibus pro virili sua parte promouere.

D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT,

Prof. Iur. Ord. & Acad. Syndicus.

Ius *publicum & Digesta*, quae superiori semestri absoluit, de integro interpretabitur. Addet praeterea

terea ius *feudale* praecunte vel STRVVIO vel SENCKENBERGIO. Neque, si alia forte rogatus fuerit, desideriiis Dnn. Commilitonum deerit.

D. GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN,

*Codicis atque Nouellarum Professor Publicus
Ordinarius.*

Publice Hora IX-X. denuo auspicabitur recitationes in *ius feudale* dñce BVRCARDO GOTTHELFF STRVVIO hoc ipso anno certissime finendas. Absoluet praeterea intra vnus mensis spatium pauca, quae adhuc supersunt in Collegio feudali, praeterito semestri habito, capita. *Privatim* in STRVVIANAM *iurisprudentiam forensam* sic commentabitur, vt, qui hisce interfuerint Praelectionibus, omnibus in Institutiones, Pandectas & ius Germanicum recitationibus commode carere queant. Singillatim Hassos Hassiaca iura diligenter, candide atque fideliter docebit. Destinatum est huic Collegio *annuum tempus*. *Horam* determinabunt Auditores. Offert etiam *Collegium Disputatorium* in B. Cancellarii IAC. FRIDER. LVDOVICI *Collegium iuris feudalis* siue in publico, siue privato, Auditorio instituendum.

D. IO.



D. IO. ERNEST. HOEPFNER

Prof. Iur. Ord.

Publice ius Criminale ad ductum Compendii BOEHMERIANI tradet: Priuatim HEINECCII clementa iuris Ciuilis secundum Ordinem Institutionum explanabit, & ad Perillustris de SENCKENBERG primas lineas iuris Feudalis commentabitur.

D. IO. CHRISTOPH. BALSER,

Prof. Iur. Ordin.

Publice hora IX. Institutiones iuris duce b. HEINECCIO denuo interpretabitur, simulque vsum hodiernum titulis subinde adiectum ex principiis iuris patrii illustrabit. *Priuatim* Digesta praeunte b. BOEHMERO nec non *Eiusdem* Libr. II. Elementor. Iuris Canonici, quo ordo iudiciorum seu Processus comprehenditur, explanabit.

D. CHRISTOPH. LVDOV. KOCH,

Iur. Prof. Ord.

Priuatis lectionibus *Ius Germanicum priuatum* ad ductum *Elementorum* Celeb. ENGAVII tradet, eique *Collegium Historiae Iuris vniuersi* iunget. Delectum horarum tempestiue significabit.

In

In Facultate Medica.

**D. LVDOVICVS HENR. LEO
HILCHEN**

Med. Prof. Ord.

Publice medicamentorum purgantium naturam vsum & modum operandi explicabit. Priuatim, Methodum medendi & Institutiones docebit, nec alia desiderantibus defuturus.

In Facultate Philosophica.

IOH. LVDOVIC. ALEFELD,

Philos. naturalis Prof. ord. Fac. philos. b. t. Decanus.

Physicam vniuersam, vti vsque adhuc consuevit, publice rursus tradere occipiet. Priuatim vnam duasue quavis hebdomada horas instituendis potioribus & maxime necessariis *experimentis* tribuet; & *collegium disputatorium* sine intermissione continuabit.

ERNESTVS THOM,

Prof. Moral.

C. de WOLFF *Institutiones iuris naturae & gentium* publice explicabit, In iure naturae & ethica tradendis

dendis BAVMEISTERI *Institutiones philosophiae moralis* adhibebit. Exponet etiam *Ius gentium* HEINECCII.

ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Matheseos

Prof. Publ. O.

Logicam & Metaphysicam docebit. Mathesin puram denuo auspicabitur. Collegia priuatissima continuabit & nouum priuatissimum Logico-praeticum inchoabit. Gnomonicam & Architecturas vt & Algebram publice interpretabitur.

HENRICVS CHRISTOPH.

NEBEL,

Eloq. & Poës. Prof. P. O.

HORATII artem poëticam publice ita explanabit, vt tam linguae quam artis rationem habeat: priuatim docebit eloquentiam latinam duce HEINECCIO, variis quidem exemplis optimorum auctorum, in primis tamen VIRGILII AENEIDE illustrandam; artem quoque oratoriam, & , si auditores adsint, libri cuiusdam sacri explicationem addet.

✿) : (✿

D. CHRISTOPH. LVDOV.
KOCH,

Historiar. Prof. Ord. & Biblioth. Acad.

Praefectus,

Praelectiones publicas, ad *Ill. GEBAVERI delineationem Historiae Regnorum Europae* praeterito semestri denuo institutas, ad finem perducet. Priuatis *Historiam Imperii Rom. Germ.* duce *Ill. MASCOVIO* vel *Celeb. SCHMAVSSIO* illustrabit. Bibliothecae publicae patebunt singulis Saturni diebus horis pomeridianis.

Praeter ista, generosis quoque nobilissimisque civibus de luculenta *equitandi, pugnandi gladio, saltandique palaestra, Gallicae item & Italicae* linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.

